

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Ieiunium t  
cum uariis

Si sola gula peccauit, sola ieiunet et sufficit. Si uero peccauerunt et membra cetera, cur non ieiunent et ipsa? Ieiunet igitur oculus a curiosis aspectibus et omni petulancia, ut bene humiliatus coherceatur in penitencia, qui male liber uagabatur in culpa. Ieiunet auris nequiter pruriens a fabulis et rumoribus, et quecumque ociosa sunt et ad salutem minime pertinencia. Ieiunet lingua a detractione et murmuratione, ab inutilibus, uanis atque scurrilibus uerbis, interdum quoque, ob grauitatem silencii ab ipsis que uideri poterant necessaria. Ieiunet manus ab ociosis signis et ab operibus omnibus, quecumque non sunt imperata. Sed et multo magis anima ipsa ieiunet a uiciis et propria uoluntate sua. Et enim sine ieiunio hec cetera a Domino reprobantur, sicut scriptum est, quia in diebus ieiuniorum uestrorum uoluntates uestre inueniuntur.

Bernardus sermone XXXVII.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Ieiunium t] Ieiunium u P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; uero] et add. (*del. sub lin.*) C; petulancia] petulencia B C; nequiter] equiter P V<sup>1</sup>; a] in P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; inutilibus] et add. P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; uanis] uariis M P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; ieiunet] ieiunat B M, ieiunent P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; et] a add. P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; hec] hoc P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; uestrorum] nostrorum M; uoluntates] uoluntate (*cor. supra lin.*) M; uestre] nostre M; XXXVII.] 38. P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>